UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Maximiliani Sandæi E Societ. Iesv Doct. Theol. Paradisvs Amantium, Colentium, Imitantium Christvm Crvcifixvm

Sandaeus, Maximilianus

Coloniae, 1648

8. Ante Crucifixum diutissimè orat.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55065

Visual Library

VII.

Crucifixum quotieſcumque tranſit, ſalutat.

B. IACOBVS Sextius.

B. Iacobvs Sextius, Ordinis S. Dominici nunquam tranſibat Crvcifixvm in cubiculo, aula, conclaui locatum, quin ſalutaret. Idem etiam fac, in foro, platea, agro, via, denique vbicumque tranſire contigerit.

Paul. Barry.

VIII.

Ante Crucifixum diutiſſimè orat.

S. MARGARITA Hungara.

S. Margarita Regis Hungariæ filia ante Crvcifixvm ſuum, quem præferebat omnibus imaginibus, orabat à primo diei ortu vſque ad meridiem. Tanta erat illi inde dulcedo.

IX.

Crucifixum amanter reſpicit in vita & in morte.

S. GERTRVDIS.

S. Gertrvdis à Deo fuit monita, vt in vita amanter reſpiceret Crvcifixvm, nec deſineret amanter reſpicere in morte; ſic fore, vt poſt mortem ſociaretur Amatoribus Crvcis.